

nondum in effectum, & executionem miteretur, tunc ad judicem degentem in districtu, ubi mandatum gestum est, ubi est mandans, delicti cognitio pertinet, Prosperus in hoc sequitur Angelum, de malefic. d. verb. existens Florentia, num. 2. in fin. Petrum à Placa in Epitome delictorum. d. c. 15. & 17. ubi hanc opinionem communem dicit, & sequitur Pract. Conradi d. tir. de inquisitione, n. 17. in fin. Alexand. consil. 12. l. fin. 110. ff. de jurisd. omnium judic. de eo nempe, qui existens in uno territorio, seu districtu, emissa sagitta seu scelopo, aliquem in alio territorio occidit, ut hoc casu uterque judex sit competens, secundum præfatos Doctores, & contra Bartol. & Felin. aliud sententes communem esse opinionem restantur Abb. dict. n. 25. Alber. in 4. p. stat. quæst. 79. Nellus de bann. in 2. p. 1. temp. qu. 8. Clarus d. q. 28. vers. item pono. Pract. Conradi, titulus de inquisitione, num. 16. vers. Attamen usque ad n. 17. Farin. ubi proximè, n. 46. & facit etiam illud mandantis, & mandatarii delictum committi in diversis territoriis existentibus, quando scilicet non solo mandato perficitur delictum, ut superius diximus; sed quando postquam illud cum effectu commissum est, ut tunc utriusque territorii judex competens sit ad cognitionem delicti, ut videre licet per Prosperum Farin. loco proximè citato, n. 48. ad fin. & per totum. Quid autem sit dicendum de violentiis commissis à duobus judicibus se invicem inhibentibus in diversis territoriis, seu districtibus existentibus, inferius dicemus commodi loco.

⁵⁸ In secundo autem casu, quando scilicet tantum appellatur à judice inhibito, qui postquam sibi inhibitus intimata fuit, dixit se inhibitus, idem quod in proximè præcedentem respondendum est, ex eisdem rationibus, & authoritatibus, quæ pariter in utroque militant, nempe; ut tribunal, sub cuius deget districtu, de eius violentia cognoscat, solum enim queritur, ut vis tollatur, & hæc à nullo alio commissa reperitur, quæ ab hoc inhibito tantum, qui legitime appellationi ad eo emissæ deferre recusat, & sic ab eo solo actus hic pender, si que solus, non aliis cogendus est, deferre. Hic enim articulus violentia perfectus invenitur, & simplex nullo alio admixto, & absque continentia alterius; ergo ei soli tribunali supremo pertinebit cognitione violentiæ, sub cuius districtu, & territorio stat judex Ecclesiasticus illam committens: videnda doctrina Riccius in praxi Eccles. d. decis. 26.

⁵⁹ Tertio autem casu, quando scilicet unus judex existens in uno territorio effectualiter expedivit inhibitionem contra alium judicem existentem in alio, qui inhibitioni obtemperavit, & ab utriusque judicis Ecclesiastici inhibentis, & inhibitæ factò simul appellatur: tunc major extat difficultas: ad quam namque supremam curiam pro tollenda violentia recurrentum sit. Siquidem ad utramque nullo modo possit, cum illa duo commixa, & complicata habeant necessariam consequiam ad principium, ut causa scilicet, à causato, effectaque sint unum continens, & una causa, cuius continentia dividit non potest. l. nulli, C. de jndicis, text. 60 in cap. 1. de causa poff. & proprie. text. in c. 1. §. Papa, de sequestratione poff. & fruc. & quod utrobique notatur per Doctores, maximumque sequeretur absurdum, si in diversis tribunalibus singula, divisione facta vehementer: potuisset namque, ex eadem causa, & negotio diversis, & contrarias declarationes fieri, concurreret que unius tribunalis decretum cum alio alterius, quod magnum foret inconveniens, otiumque, & non admittendum absurdum, secundum tradita per Felinum in c. 1. de prescript. Socinus in cap. 2. de mutuis petitionibus, versculo octavo fallit, & per Iff. & Decium in l. si mancipati, C. de collatione honorum, & latè traditis per Bossium de foro competen. n. 110. cum sequentibus, Propterum Farin. in pract. crim. 1. tomo, titulus de inquisitione q. 7. n. 48. vers. 3. est ratio.

⁶² Propter quod vitandum affirmadum arbitrator, utrumque curiam, supremumque tribunal competens esse cognoscendi in solidum, de violentia super toro negotio, & causa, & utriusque judicis Ecclesiastici factò, à quo simili appellatio emititur, ita ut sit sensus, quod idem tribunal cognoscet, & adeatur, cuius districtu degit judex Ecclesiasticus, à quo appellatio proponitur, & sic si coram judice inhibente contingat eam interponi ab expeditione inhibitionis, & à datione pro inhibito,

eius virtute judicis inhibiti simul pro delatione ea cu. 63

ria adeunda est pro tota causa, sub cuius districtu deget, & econtra, juxta doctrinam huic similem relatam per Joan. Andr. & Philipp. Franch. in regula in obs. de reg. jnr. in 6. Abb. in cap. fin. n. 25. de for. comp. Bald. in leg. si quis non dicam rapere, col. 3. C. de Episcop. & cler. Marfil. in l. unica, num. 100. C. de raptis virg. & in l. fin. 110. ff. de jurisd. omnium judic. de eo nempe,

num. 13. vol. 3. Igitur quando appellatur à mandato de inhibendo, factò judici existenti in alio districtu,

quantumvis nondum sit in executionem, & intimidacionem missum, quia ab expeditione sola posse appellari aliquando diximus *suprà*, & si non deferat, ipse judex

inhibens dicitur vim commisso, & sic hic articulus violentia de per se perfectus est, sine commixione, & continencia alterius alibi factò: ergo cum totum inveniatur gestum sub illo districtu, ubi judex inhibens est, ejus suprema Curia erit adeunda pro tollenda violencia. Riccius ubi *suprà*, n. 56.

⁶³ In secundo autem casu, quando scilicet tantum appellatur à judice inhibito, qui postquam sibi inhibitus intimata fuit, dixit se inhibitus, idem quod in proximè præcedentem respondendum est, ex eisdem rationibus, & authoritatibus, quæ pariter in utroque militant, nempe; ut tribunal, sub cuius deget districtu, de eius violentia cognoscat, solum enim queritur, ut vis tollatur, & hæc à nullo alio commissa reperitur, quæ ab hoc inhibito tantum, qui legitime appellationi ad eo emissæ deferre recusat, & sic ab eo solo actus hic pender, si que solus, non aliis cogendus est, deferre. Hic enim articulus violentia perfectus invenitur, & simplex nullo alio admixto, & absque continentia alterius; ergo ei soli tribunali supremo pertinebit cognitione violentiæ, sub cuius districtu, & territorio stat judex Ecclesiasticus illam committens: videnda doctrina Riccius in praxi Eccles. d. decis. 26.

Succedit nunc, ut inquiramus de violentiis continentibus circa inhibitiones inter ordinarios Ecclesiasticos, & conservatores delegatos, siquidem inter ipsos lis, & controversia oritur super competentiam jurisdictionis, cuinam alicuius rei, vel causa cognitione pertinet? Inque maxima confusione reperio, fusse loquitur Cevallos, à quo vix veritas deduci potest; quatenus attinet ad articulum violentie. Nos autem distinguentes consideramus, aut inhibitione expeditur à conservatore, cognoscere volente de aliquo negotio contra judicem ordinarium, qui pariter causam ad se pertinere dicit l. à qua inhibitione appellaverit pars certans circa conservationem non comparitum, vel non convenientium, & sic ejus jurisdictionem declinans. In quo absolutè loquendo Cevallos 4. p. communum opin. qu. 897. n. 441. cum dubibus sequentibus, affirmit vim fieri, nulla facta mentione appellationis, an scilicet, appellatum, vel appellendum sit ab inhibitione, nec aliquo probato circa illegitimitatem appellationis, cum ut omnibus notum est, sit pars magis essentialis ad hunc articulum violentia (de quo agimus) nam ad hoc, ut vis degetatur, prius inquiritur, an fuisset appellatio legitima, legitimè interposita necne, ut in c. 2. a. n. 64. *suprà*, bac prima parte probavi, & in praemio, & constat ex discursu operis totius: quapropter absolute, & genericè loquendo, si appellationi ab hujusmodi inhibitione emissa conservator non detulerit, vim nullam facere affimo, cum à sententia mere interloquitoria proponatur absque aliqua qualitate à Conc. Trident. appellationi requisita, à qua minus esse legitimam appellationem ad principium hujus quæstionis, seu capituli, satis probatum reliquimus, quod non repeto, sed potius quæ ibi adduximus, pro repetito habeas.

Quod tamen fallere aio, si aliquae nullitas in ipsa ⁶⁶ inhibitione expedienda, intercessisse dicatur, ut sursum tum circa inhibitionem perpetuam, quæ circa temporalem diximus; quo casu illa considerari quit, quando scilicet ipse judex conservator nullam prius, vel non sufficientem, (prout necessarium est) facit probationem, seu informationem qualitatis suæ jurisdictionis, nempe manifestæ, & notoriæ injuriæ, & violentiæ, in quo solo ejus jurisdictione fundatur: in text. c. 1. 67 de officio & potestate judicis delegati, lib. 6. cap. fin. eodem titulo, Concil. Trident. sess. 7. cap. 14. & sess. 24. cap. 5.

& l. 1. 2. tit. 8. lib. 1. recip. non autem aliter, aliás, vel alio modo, ut probat text. in d. c. fin. ubi decernimus, ut si de aliis, quæ de manifestis injuriis, & violentiis scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam extenderit potestatem, eo ipso per unum annum ab officio fint suspensi, &c.

⁶⁸ Et idem probant certa jura, qualitas namque attribuens jurisdictionem (velut ejus fundamentum) ante omnia necessariè discuti & probari debet, l. 2. §. sed si dubitatur, ff. de jndicis. l. si que aliena, codem tit. l. 1. §. ait prator, ff. nequit in flumi. publ. 1. §. docere, ff. vi bonorum raptorum, Bart. in l. multum, ff. de conditionib. & demonstr. & in l. si finita, §. Julianus, ff. de damno infecto, Paris de Puteo de syndicatu, §. judicis puras, col. 3. vers. judic. semper, num. 3. cum aliis relatis ab Andrea Gaill. in tractat. de pace publica, c. 13. num. 12. cum sequentibus, lib. 1. imd. & quod magis est, licet ad tribuendum jurisdictionis exercitium fatis sit, quod in libello deducatur qualitas jurisdictionem tribuens, licet de ejus veritate dubitari possit, prout notat Anton. de Butrio in c. caterium, vers. venio ad glossam, de jndicis, sequetus à Nicolao Milis in reperitorio, verbo judex, qui vult procedere, Lapo allegatione 5. in Dei nomine, vers. quaritur, & allegatione 6. 5. incipit, nunquid. post princ. Angel. consil. 6. incipit, dictum statutum, n. 6.

⁷⁰ Quod quidem non procedit, nec si allegata qualitas in libello attenditur, etiam ad jurisdictionis exercitium; quando à principio qualitas hujusmodi ad impedientiam jurisdictionem ex adverso negata sit, quia tunc debet saltē summarie, plenè tamen probari, secundum communem Doctorum opinionem, de qua testantur Alexand. consil. 1. num. 7. lib. 5. Felin. in cap. si clericus laicum, col. 2. vers. prima conclus. de foro competenti, Aymon Craveta consil. 196. & si abunde, col. 2. in fin. Afflit. decis. 197. incipit, plures, Prosp. Farinac. in pract. crim. 1. tom. quæst. 8. num. 8. cum sequentibus, jurisdictionisque defectus nullitas major aliis omnibus semper reputatur, clem. unic. de sequestr. poss. fruct. Angel. in l. non erit, §. dato, ff. de jurejur. Felin. in c. ex parte, el. 2. fall. 7. de off. delegati, & in rubr. de foro competenti, vers. tertium fundamentum, & in c. pastoralis, vers. amplia etiam, de exceptio. Alex. consil. 79. in causa, & lite, in fin. 1. 7. Dominicus in cap. tua, per text. ibi de offic. Vicarii, Abb. in cap. causam quæ, in 3. nota de rescriptis. Egidius consil. 207. auditur, circa fin. Felin. in c. cum olim, col. 7. de re jud. diciturque incurabilis, & infanibilis defectus secundum Staphileum in tract. de literis gratia, & iusti. fol. 145. & alios relatios per Vantho de nullitate sententiarum ex defectu jurisdictionis. & unde, &c. a princ. ubi plurima huic nullitati attributa concessit, ergo si de ea debet prius constare, ut dixi, non constat, inhibitione non valer, nec canonica dici potest, cum ob eam non habente expediti non possit, ex his, quæ latè Lancelot. de attenta. 2. p. cap. 10. in prefat. a princ. & probatur expressè in d. Trident. decreto, sess. 14. c. 7. ibi privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputationibus & eorum inhibitionibus, adversus præmissa nequaquam valitatis, &c.

⁷¹ Igitur evidenter procedit regula, seu potius limitatio, quam superius ad inhibitionem perpetuam, & temporalem posuimus; ut per inhibitionem nullam ex aliquo juris capite & sic non canonicas, justificetur appellatio, eaque legitima reddatur: etiam in casibus alias non appellabiliis, ex l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. ut latè ibi probavi, facit attentatum judex qui eam sententiam exequitur, ex his qua tradit Lancelot. 2. part. c. 12. de attenta. limit... per totam. Curiaque supra pro violentia adhibita, eam intervenisse, declarabit, appellatio esse deferendum. Aliter etiam, hoc eodem themate retento, isthac appellatio consideratur legitima, si otia controversia competentiæ jurisdictionis, judex conservator minimè conquies-

⁷² cens in causa de facto procedat ad ulteriora, inhibendo, anteaquam juxta Concilium Trident. ab arbitris hec competencyia terminetur: nam cum ejus decreto expressè disponatur, tradaturque pro forma, ut inter ordinariū, & conservatorem ora controversia per arbitros electos terminetur, & interim quiescant in causa, in sess. 13. c. 5. ibi, aut si qua inter ipsos judices conservatorem, & ordinariū controversia super competencyia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec super suspensionis, aut competencyis fuerit judicatum, &c.

Et tunc à tali inhibitione emissa appellatio duplicitate potest legitima reputari. Primo, quia à judice conquiescere debente, & ad ulteriora procedente, appellatio etiam jure civili admittitur: text. est in l. five pars, ubi notatur C. de dilationibus: text. in c. significante, de appellat. ubi Philipp. Franc. & alii. Et quia à judice, qui pot oppositam sibi exceptionem declinatrix ad ulteriora procedit, licet posse appellari, notant omnes in authenticâ habita. per glossam ibi C. ne filius ⁷³ propare, & notat Philipp. Franc. in c. ex parte, ubi latè de appell. ergo in nostro casu idem est dicendum. Et probatur etiam ex his, quæ latè prosequuntur sumus supra, bac 2. p. 6. n.... & infra, 4. p. c. 13. per totum ab inordinato processu emissa, junctis verbis Concilii Trident. in d. c. 5. (nequaquam in causa procedatur, donec super suspensionis, vel competencyis ordinem procedendi deserbi) constat.

Deinde quoniam isthac sic expedita inhibitione est ⁷⁴ nulla, cum expendatur tempus, quo judicis officium debet conquiescere, & est actus attentatus, ita tenent Philipp. Franc. in d. c. significante, de appell. n. 5. decisio Rota 37. aliis 406. nota, quæ si judex, num. 1. de appell. in antiquis. Nicolaus Milis in reperitorio, in verbo, jurisdictionis fol. 194. & quod sit ipso jure nullus, sicut gestus post appellationem legitimam, vel recusationem, tradit Probus in add. ad Joan. Mona. in rubr. ut lice penden. in 6. & est decisio inter resoluta per Thomam de Tanis 108. incipit in eandem Paris. consil. 106. Bonifacius, nu. 14. lib. 4. Bald. & Cin. in d. l. five pars, C. de dilation. Lap. alleg. 2. sub num. 7. Rot. in decis. 37. ergo cum sit inhibitione nulla, appellatio ab ea legitima debet reputari, & per consequens vim fieri manifestam, si ei non deferatur, in Senatu declarandum, ex his quæ dicta sunt hoc capite millies.

Quod adeò procedit, ut judex ordinarius nullo modo teneatur patere huic inhibitioni, sic de facto expedita, cum conservator dubiam, delegatus vero fundatam, & radicant habeat à jure jurisdictionem, ita Rota decis. 58. de appellat. in novis, & decis. 75. eodem tit. in antiquis. Surdus consil. 424. num. 35. lib. 3. De-⁸⁰ cius consil. 460. num. 20. lib. 3. Corneus num. 25. libr. 3. Parisius consil. 158. n. 9. & 21. volum. 3. num. 1. Socius junior consil. 43. col. 4. Mandos. in tractat. de inhibitione. quæst. 2. num. 2. Roland. consil. 77. n. 26. volum. 2. Vantius de nullit. ex defectu jurisdictionis. n. 142. Cov. in practicis, q. 24. num. 3. cum idem sit judicandum de inhibitione nulla, minus solemniter, & minus canonice expedita, sicut de iusta, & contra jus, ut ista est evidenter, text. in c. 2. de integ. ref. & ibi Abb. num. 5. Paul. Parisius loco proximè citato, n. 11. Surdus consil. 224. consil. 34. Marta de jurisdictione. 2. part. c. 4. ubi explicat, an quilibet judex possit cognoscere, an sua sit jurisdictionis, & an possit ab altero inhibere, tenet in terminis hujus fundamenti Cevallos 4. p. commun. opinion. quæst. 897. num. 855. cum sequentibus.

⁷³ Ad id etiam bene ponderanda loca Concilii Trident. sess. 7. cap. 4. ibi, inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valitatis (in d. c. 10. sess. 24. ibi, nulla inhibitione executionem quoquo modo impedit.) & in cap. 1. sessione 13. ibi, nec Episcopus, seu Vicarius

appellationi hujusmodi tanquam frivola deferre teneantur, sed ea, quæcunque inhibitio ab appellatio-
nis judice emanata, non obstante, ad ulteriora valeat procedere, &c. Ex quorum jurium, & decretorum verbis expressè constat, frivolis inhibitionibus, &

contra jus expeditis, nequaquam parendum esse, quod etiam advertit Cevallos loc. cit. quæ decreta, vel saltim alia similia ejusdem Trid. nempe, cap. 10. sess. 2. 4. de reform. & c. 14. sess. 2. 5. de reform. voluit intelligere, & interpretari Gondizal. de Paz in praxi, 5 part. tom. 2. cap. unic. num. 141. secundum intellectum, & interpretationem à nobis suprà, num. 26. traditam textui, in cap. Romana, §. fin. autem post sententiam, de appellat. in 6. dum probavimus, textum illum, dum disponit, inhibitione expedita à superiori in casibus à jure aliàs inappellabilibus parendum esse, & supersedendum in executione sententiae, à qua appellatum est; procedere, quando judex superior ultra causæ cognitionem requiritam à jure quibuslibet inhibitionibus; in his quæ expediuntur in casibus, quibus à jure prohibetur, appellari simul cognovit; an appellatio admittenda sit, vel non, secus autem quando judex superior, hanc causæ cognitionem simul non adhibuit.

3 Quæ interpretatio verissima est, & tenenda generaliter, de quo 3. part. cap. 14. à num. 68. tamen quatenus Gondizal. de Paz ibi affirmat, illa decreta Concilii pariter esse intelligenda, juxta illam, ita ut Episcopus, vel ejus Vicarius supersedere teneantur in executione illarum sententiarum, (de quibus in d. Trid. locis) intimata sibi inhibitione cum prefata cause cognitione, expedita; ille nimis perperam fallitur, cùm illis decretis, & casibus permisum sit, Ordinario exequi, & non obtemperare inhibitionibus ob illorum decretorum specialitatem, & expressam providentiam.

Etenim licet singula jura tam Concilii, quam *cap. Romana*, procedant inhibitionibus, & casibus prohibitis appellare, diversa tamen sunt in dispositione, quoniam Trid. decreta non se continuere sub terminis, & limitibus *d. cap. Romana*, §. *sin autem*, sed ultrà procedunt, clarissimè providentia, ut his in casibus nulla inhibitio executionem impedit, quoniam ad ulteriora procedatur ex his, quæ adducit Lancelot. Robert. *de attentat. 2.p. cap. 20.n. 11.* ut quando Principes

4 mandat, quod non obstante inhibitione aliquis reintegraretur in possessionem, vel aliquis alius actus explicaretur, nulla inhibitio arctet, sed admittat vires suas, & ea expressa ad ulteriora valet procedi absque metu attentati, ut in id recte nonnullas applicat doctrinas, & fundamenta, quae dispositio cum non inveniatur in casu text. in d. §. fin autem, nihil mirum, ut diverso jure censeatur, & inhibitio canonice, & debita causae cognitione expedita suum debitum effectum sortiatur, ut dictum est.

Ideoque omnes inhibitiones, quantumvis canonica causæ cognitione expeditæ, comprehensæ, & exclusæ censemur in dictorum decretorum casibus, ut clare demonstrant. Maximè ex natura & virtute distinctionum, quibus utuntur, prout est dictio (nulla) dictio (quæcunque) & dictio (quoquo modo) ut de dictione (nulla) quæ cum sit negativa universalis, seu generaliter concepta totum excludit, latè dicit Decius in consil. 3. diligenter, colum. 4. numero 4. latius Tiraquell. in l. boves, §. hoc sermone, in 7. limit. num. 4. ff. de verb. signif. Roland. à Valle in tractat. de lucro dotis, quest. 31. num. 7. & Alciat. conf. 6. nu. 17. lib. 4. & dictio-

ne (quicunque) quæ est apta comprehendere omnes casus, etiam expressis majoribus. Fel. cap. de quarta, n. 15. de prescrip. Gome, in reg. de triennali, quest. 1. versic. tamen is, Crescentius decis. 1. de privileg. Cæsar de Graffis decis. 1. & 6. & decis. 2. n. 3. 4. & 5. cum allegatis per eum eodem tit. de privilegiis : dictionem autem (quoquo modo) includere ea , quæ alias non comprehen-

etur, affirmat Decius *conf. 373*, numero 5. per text. in
p. ad nostram, ubi glof. de probationibus, verbo, quo-
modo fecit, l. penult. de testam. milit. l. his solis, de-
ndictione indebiti, c. si perfodiens, de homicidio. & idem
Decius latè in d. c. ad nostram.

Nunc & alia inest intricata tollenda difficultas, quis-88
am judicum, quibus diversa rescripta Romana è Cu-
a emanata, super causa appellationis, per utramque
partem in eadem causa, ab eadem sententia, vel à di-
versis interpositæ, seque invicem inhibentium, violen-
tiam facere dicatur, appellationi à tali inhibitione in-
terpositæ non deferens, (de materia hac in genere hu-
s questionis videndi sunt scribentes *in c. ut debitus ho-*
r, de appellationibus, & in cap. i. de rescriptis, & in cap.
istorialis, eodem titulo, & alibi passim.)

Ad ejus tamen veram cognitionem notandum esse, 9
oneo, uni tantum ipsorum jurisdictionem in totum,
in solidum pertinere, eumque tantum de causa cog-
turum, ut notatur ab omnibus *in dict. cap. ut debi-*
s, & d. c. 1. & cap. pastoralis, ipsum igitur, qui ju-
risdictione caret, eo quod suo rescripto uti non potest,
nia alterum praevalet, inhibere nullo modo potest,
um deficiat anima inhibitionis jurisdictionis, juxta ea,

quæ latè per Lancelotum de attenta. 2.p.cap.20.in.præ-
part. quest. 1. à num. 22. Gaspar. Guill. in Rota decis. 219.⁹³
art. 3. Martam in compilat. decis. tom. 1. titul. de inhibit.
ap. 7. & c. 8. & post alios Cardin. Tusc. pract. conclus.
m. 4. lit. I. conclus. 141. num. 6. Alexand. conf. 60. libr. 7.
usque inhibitio nulla sit ex hujusmodi jurisdictionis
effectu, & eodem Lanceloto, & his, quæ suprà, voc.⁹¹
xi, succedit, cùm appellatio legitima sit, quam justi-
cat nullitas, ut vim faciat manifestam instando pro-
cessus nullius executione, ideo deferendum declara-
tur. E converso autem, cùm apud alium judicem tota
emaneat jurisdiction, ac totius causæ in solidum cogni-
o, nulli fit injuria, nec violentia, ea utendo, & cano-
nicè inhibendo, juxta regulam, qui jure suo, de regulis
ur. in 6. quare huic judici causam remittendam, ut ad
alteriora procedat, in Senatu declarabitur, pariter, &
im non facere appellationi ab eo, ejusque inhibitoria
interposita non deferente, cùm à justa, & canonica
hibitione, tanquam ab interlocutoria mera non ap-
pellare; probavi à principio hujus capituli.

Quomodo autem cognoscetur, quis judicium ha-92
eat jurisdictionem, qualeque horum duorum rescri-
torum prævaleat, an fortè temporis anterioritati sit
andum: Et brevibus resolve: quod ad hoc ut secun-
dum rescriptum etiam de priori non faciens mentionem,
prævaleat. Tria simul circa ipsum concurrere debent
seculari: prior, scilicet, præsentatio coram suo judi-
ce, prior citatio ejus virtute emanata, & prior citati
exceptio; nempe quando citatur virtute secundi rescri-
pti excipit de suo rescripto, allegando aliud se habere, 93
et hoc anteaquam illud suo judici præsentaret, quia his
ribus requisitis, simul concurrentibus in secundo res-
cripto, ipsum prævalebit, juxta c. ut debitus honor, ap-
pell. ejusque communem intelligendi modum, commu-
nique conclusionem, quam sequuntur, ibi Abb. Pa-
lorm. Perusinus, Præpositus, & Decius, & hos Martinus
Navarr. in praelect. c. cum contingat 13. causa multa in
vinc. quam etiam probant Panor. Immola, Felin. Dec.
et Ripa in cap. 1. de rescriptis, & an etiam vera sit, quan-
do rescriptum primum præsentatum erat generale, se-
cundum verò præsentatum speciale, vide eundem Nav.
bi, ubi etiam de aliis dubiis videbis.

Supradicta resolutio à nobis tradita , ut ille iudex⁹⁴
im faciat , cui jurisdictio non competit , ejusque re-
scriptum revocatum ; non solum verissima est , quan-
o jam determinatum sit , quale eorum debeat præ-
alere , quod ita fieri solet , ut si sunt diversi judices
impetrati , & primi declaraverunt , ad se spectare
irisdictionem , secundi etiam idem facere , vel quia

Pars II. Cap. XI.

- 257

primum rescriptum revocatum est per secundum, vel alia causa, sive dubium sit in facto, sive in jure, poterunt simul, & semel cognoscere, an sua sit jurisdictio, si neuter eorum alteri vult hanc competentiam terminandam cedere; si autem ita simul cognoscentes discordant, eligendi sint arbitri, ut hoc faciant, text. in c. pastoralis, de rescriptis, per quem ita tenent Innocent.

95 Antonius de Butrio, Abb. Fel. & Decius in eodem cap. pastoralis, quos etiam sequitur Marta de jurisdictione, 2.p.cap.4.num.13. & 14. cum generale sit, ut quilibet iudex possit cognoscere, an sua sit jurisdictio, ut de delegato probatur in l. prescriptione, C. si contra jus, vel utilitatem publicam, ubi Bart. & est casus in cap. super literis de rescript. in fin. & d.c. pastoralis, ubi Innoc. & in c.ex parte. ubi Abb. in ;.nota.eodem titulo, de quo & aliis ceteris judicibus Marta videndus loco proxime relato à princ. Sed etiam procedit adhuc præfata resolutionis, quando nondum ita determinatum sit quia ex rescriptorum, & processus inspectione satis notoriè apparbit in Curia, cuius jurisdictio sit, quinam ea careat, ut articulus violentiae, & detegi, & determinari queat, quale sit anterius rescriptum, quale prius præsentatum, quale prius exceptum, quale generale quale verò speciale, & quale alterius mentionem faciens.

97 Ultimo loco se offert ad quam curiam recurrendum sit pro tollenda violentia, quando isti judices se ad invicem inhibentes degunt id diversis districtibus, in quibus singula tribunalia suprema resident. Et ne electoris animum suspendam, brevibus resolvo, ut ad hanc questionem trahamus omnes doctrinas, & distinctiones, quas in hoc capite in alio simili proposito adduximus, illud præ oculis habendo, ut inspiciatur, à cuius judicis solo facto, & gravamine appellatur. Nam ad curiam tunc sub cuius districtu ipse iudex deget, recurrendum est; pro violentia tollenda; si autem utriusque pars appellat à cuiuslibet judicis inhibitione, quia tunc hic articulus effectus est unum continens, quælibet curia adire potest; pro utriusque judicis violentia cognoscenda, continentia causæ dividantur, juxta ea quæ latè sursum probavi, & sic de singulis.

Cæteras autem difficultates, quæ circa inhibitiones accidunt; cognitis, & visis principiis, & doctrinis hoc in capite adscriptis, facilissimè per te solum vincere potes; vide circa hanc difficultatem mirabiles doctrinas, quas adducemus infra, 4.part. cap.4. ante fin. versiculo ultimo pro necessario complemento, à n.41. & vide suprà, cap.2. §... ad fin. 1.p. à n.10.

CAPUT XI.

A sententia reddendæ rationis contra administratorem rei piaæ, vel profanæ latæ, appellationi emissæ non deferens, an vim faciat.

SUMMARIUM.

 - 1 Trid. sess. 22.de ref.c.9.circa reddendam rationem singulis annis per administratores Ecclesiæ etiæ laicos.
 - 2 Ad rationem reddendam, si ex fundatione, aut consuetudine aliqui sint deputati rei piaæ, Ordinarius etiam adhibetur.
 - 3 Ratio reddendæ Ordinario administrationis rei piaæ, etiamsi in fundatione prohibeatur expressè.
 - 4 Rationis reddendæ sententia contra administratorem merè interlocutoria est.
 - 5 Rationis reddendæ à sententia contra administratorem rei, vel loci pii, appellationis non esse deferendum, omnes convenient.
 - 6 Rationis reddendæ à sententia contra administratorem rei profane, an appellationi non deferens, vim faciat.

Salgado de Protect. Reg.

 - 7 Ratio reddenda coram proprio Episcopo, nec antea ad Metropolitanum permittitur reddere.
 - 8 & 25 A causa sententia an appellatio admittatur.
 - 9 Appellationis prohibitio ex natura cause, ut in alienis, &c. est privilegium: quando verò ex odio, ut in contumace, confessio, &c. est pena.
 - 10 Rationem non redditentes debito tempore odio lex habet.
 - 11 Omissum ab statuto habetur pro omisso maximè in dispositionibus strictis.
 - 12 Rationis reddendæ à sententia contra administratorem rei profana, appellationi non esse deferendum, verius defenditur.
 - 13 Rationem sua administrationis jure divino reddere, administrator tenetur.
 - 14 Rationem administrationis reddere obnoxius est omnis administrator sive necessarius, sive voluntarius sive à jure, sive à judice, vel homine constitutus, & etiam sine mandato.
 - 15 Rationem reddendæ tenetur etiam summus Pontifex, si sit administrator.
 - 16 A sententia lata in observantia juris ita disponentis appellationi non defertur.
 - 17 Appellari nequit, ne fiat quod de jure fieri debet.
 - 18 Appellari nequit à juris dispositione.
 - 19 Rationis reddendæ à sententia appellatio frivola est; quia nullum juris effectum sortiri potest.
 - 20 Rationis reddendæ sententia est merè interlocutoria, aliam expectans post se calculationibus peractis, & de praxi.
 - 21 Ex calculatione, & computatione rationis administrator creditor potest apparere, interim autem nullus debitor judicatur.
 - 22 Rationis reddendæ sententie utriusque parti & communis, & favorabilis est.
 - 23 Auth. de sanctis Episc. §. cœconomos collat. 9. interpretatur.
 - 24 Administratoribus appellatio denegatur à sententia reddendæ rationis propter odium, quo habentur à jure ob non redditam debito tempore.

Et in favorem administrationis reddendæ à jure consideratum, ibid.

 - 25 Pia causa non prohibet appellationem de per se.
 - 26 Ratio eadem quando est in pluribus casibus, pariter deciduntur non per extensionem.
 - 27 Etiam in dispositione odiosa, & penali.
 - 28 Retractus missus inter conjuges etiam extenditur ad socios extraneos.
 - 29 A sententia reliquorum hoc est, de alcance, appellatio non datur.
 - 30 Rationis reddendæ à precepto contra administratorem rerum profanarum non potest appellari.
 - 31 Tutor, seu ejus heres non potest appellare à sententia de reddenda ratione tutela.
 - 32 Dispositio continens favorem, & odium, tota judicatur favorabilis.
 - 33 Casus omisssus similis expresso ex identitate rationis pariter in dispositione comprehenditur.
 - 34 Rationis reddendæ sententia contra administratorem rei piaæ, vel personæ excludit appellationem, si appareat illum administratorem fuisse non aliás.
 - 35 Dispositio non verificatur, nisi prius verificetur qualitas, super qua fundatur.
 - 36 Rationem reddere qui de jure non tenentur, vel qui tenentur, si ante tempus compellantur, possunt appellare suspensive.
 - 37 Rationum calculatio, & computatio postquam calculatores sua dederunt vota, privatim tamen, an appellatione suspenditur ante partium recognitionem, & approbationem coram judice.
 - 38 Rationes, & calculationes si transcant in contractum executionem habent, sicut ceteri contractus.